



Coram R. P. D. Mauritio Monier, ponente Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii nullitatis matrimonii (M. - V.)

Anuario Argentino de Derecho Canónico Vol. XX, 2014

Este documento está disponible en la Biblioteca Digital de la Universidad Católica Argentina, repositorio institucional desarrollado por la Biblioteca Central “San Benito Abad”. Su objetivo es difundir y preservar la producción intelectual de la Institución.

La Biblioteca posee la autorización del autor para su divulgación en línea.

Cómo citar el documento:

(2014). Coram R. P. D. Mauritio Monier, ponente Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii nullitatis matrimonii (M. - V.) [en línea], *Anuario Argentino de Derecho Canónico*, 20. Disponible en:
<http://bibliotecadigital.uca.edu.ar/repositorio/revistas/coram-mauritio-monier-ponente.pdf> [Fecha de consulta:.....]

**CORAM R. P. D. MAURITIO MONIER, PONENTE
SANCTI SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII
NULLITATIS MATRIMONII
(M. - V.)**

Prot. N. 17.557 - Sent. 136/06

SENTENTIA DEFINITIVA

In nomine Domini

BENEDICTI XVI anno Summi Pontificatus secundo, die 27 octobris 2006, RR. PP. DD. Mauritius MONIER, qui et Ponens, Pius Vitus PINTO, Ioannes G. ALWAN, Auditores de Turno, in causa Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, nullitatis matrimonii inter.

- d.nam M., mulierem actricem, catholicam, natam die 4 septembbris 1964 in urbe C1, et domicilium habentem D1 – C1, legitime in iudicio repraesentatam per suum Patronum ex officio, D.num A1, Advocatum Rotalem; et

- d.num V., virum conventum, ortum in eadem urbe C1 die 29 decembbris 1973, et ipsum catholicum, domicilium habentem D2 - C1;

intervenientibus et disceptantibus in causa R.D. DV1, Defensore Vinculi N.A.T. et D.no DV2, ad hunc casum specialiter deputato;

sequentem in tertio iurisdictionis gradu definitivam tulerunt Sententiam.

SPECIES FACTI

1. M. et Claudius V. primum occursum habuerunt mense martio 1987 et paulo post frequentationem amatoriam instauraverunt.

Tansacta periodo frequentationis quae quinquennium perduravit nuptiae celebratae sunt die 4 ianuarii 1992 in sanctuario B.M.V. dicato “*da Medalha Milagrosa*”, intra fines archidioeceseos Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

Iugalis convictus, ortu prolis haud recreatus, in peius vertit ob V. modum sese gerendi. Iuxta actricis verba vir conventus ob defectum aequilibrii incapacem se praebebat ad vitam iugalem instaurandam. Qua de re coniuges ad separationem definitivam pervenerunt, decursu mensis augusti 1994, tantum duos post annos cum dimidia a matrimonii celebratione.

2. Die 26 augusti 1994 M. supplicem porrexit libellum Tribunali Ecclesiastico Regionali Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii ob “*dolo perpetrado pelo Demandado, ocultando uma qualidade que veio perturbar a vida do casal (sonambulismo) Can. 1098. Exclusão da comunhão total de vida, no pertinente ao bem dos cônjuges, por parte Do demandado. Can. 1101 § 2 e 1095 n. 3 do CDC*”.

Tribunal libellum admisit et dubium concordavit decreto diei 26 septembris 1994 hac sub formula: “*Se consta da nulidade do matrimônio em apreço: 1) Por exclusão total do matrimônio (comunhão de toda a vida) pelo Demandado (can. 1101 § 2); e subordinadamente, 2) Por dolo, perpetrado pelo Demandado, que ocultou uma qualidade que veio a perturbar a vida do casal (sonambulismo), conforme o can. 1 098*”.

Instructoria peracta, post excussionem partium et sex testium, aditum Tribunal, die 21 iunii 1996, negativam edixit sententiam, sive ad exclusionem totalem matrimonii, sive ad dolum patratum.

Deinde actricis Patronus proposuit querelam nullitatis contra sententiam primae instantiae, quia haec noluit distinguere inter simulationem totalem et partiale.

Tribunal appellationis Sancti Pauli in Brasilia querelam nullitatis recusavit et admisit causam ad ordinarium examen secundi gradus. Tribunal cautius formulavit dubium sub formula sequenti: “*Se consta a nulidade matrimonial:*

- 1) por exclusão total do matrimônio e/ou por exclusão do bem dos cônjuges ou comunhão da vida toda pelo Demandada c. 1101 § 2.*
- 2) por dolo perpetrado pelo Demandado, que ocultou uma qualidade que veio a perturbar a vida do casal, sonambulismo c. 1098”.*

Sententia definitiva diei 2 maii 1997 edixit constare de matrimonii nullitate ob simulationem ex parte viri conventi, sine autem ulteriora definitione naturae simulationis. Dubium ergo de dolo duplici sententia negativa conformi dimissum est.

Causa delata est ad Nostrum Apostolicum Forum ubi, Turno rate constituto, decreto diei 5 iulii 2000 dubium rito concordatum est sub formula: “An

constet de matrimonii nullitate, in casu, ob exclusum bonum coniugum ex parte viri conventi”.

Decreto Turni diei 23 ianuarii 2004 causa “dilata ad mentem” Patres censuerunt. Patrono instante, Decreto diei 21 octobris 2004, dubium concordatum est sub nova formula: “An constet de matrimonio nullitate, in casu, ob simulationem totalem ex parte viri, et subordinate, ob exclusum bonum coniugum ex parte eiusdem viri et tamquam in prima instantia, ob viri incapacitatem adsumendi onera coniugalia”.

Supplementum instructorium peractum est cum nova auditione partis actricis et unius testis necnon cum relatione peritali a prof. Roberto Picardi confecta.

Omnibus tandem positis, receptis quoque scripturis defensionalibus a Patrono ex officio partis actricis exhibitis necnon a Defensore vinculi deputato, nunc Nobis respondendum est ad dubium rito concordatum.

IN IURE

Simulatio Totalis Vel Partialis

3. Codex statuit in can. 1101 § 2: “At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum vel matrimonii essentiale aliquod elementum, vel essentiale aliquam proprietatem, invalide contrahit”.

Doctrina et iurisprudentia distinctionem admiserunt inter totalem et partialem simulationem.

In prima hypothesi seu in exclusione ipsius matrimonii, plures facto species perpendendae sunt uti tenet Iurisprudentia Nostri Fori. Inter eas recenset una Romana: “«qui nullum in idem consensum praestat» (decis. Coram Bejan diei 29 iulii 1970, n. 2, vol. LXII, p. 861...)... qui «excludit ipsum matrimonium aut nupturientem» (decis. coram Ferraro, diei 26 aprilis 1978 in causa Parmen. seu Mutinien. n. 8)... si «matrimonium pro forma celebret...» (decis. coram Canestri diei 15 iulii 1945, n. 5, vol. XXXIII, p. 261)... Attamen simulatio totalis perficitur non solum per directam exclusionem ipsius matrimonio (aut nupturientis), sed etiam per inclusionem elemento quod matrimonium seu «intimam communitatatem vitae et amoris coniugalis, a Creatore conditam suisque legibus instructam» (Const. Gaudium et Spes, 48) ex toto substituat. Nam qui ritum nuptiale unice et exclusive celebrat tamquam «medium ad Hinem operantis consequendum, qui non est ipsum matrimonium» (decis. coram Rogers diei 16 decembris 1963, n. 2, vol. LV, p. 892), is «aliud paciscendum exclusive intendit a matrimonio essentialiter diversum» ex quo «ruit ipse contractus» (decis. coram Anné diei 8 novembris 1963,

n. 10, vol. LV, p. 764)" (coram Stankiewicz, diei 29 ianuarii 1981, R.R.Dec., vol. LXXIII, pp. 47-48, nn. 6-7).

4. In secunda hypothesi, seu simulatione partiali, nubens aliquam speciem matrimonii intendit sed eodem tempore refutat unum vel plura essentiales proprietates vel elementa. Certo certius bonum coniugum circumfertur in elementis essentialibus matrimonii. Nam can. 1055 recitat in § 1: "Matrimoniale foedus, quo vir et mulier inter se totius vitae consortium constituunt, indole sua naturali ad bonum coniugum atque ad prolis generationem et educationem ordinatum a Christo Domino ad sacramenti dignitatem inter baptizatos evectum est".

In provincia rente docet una Romana: "Concludere igitur possumus elementa matrimonii essentialia in facto esse, de quibus agimus, exstare ordinacionem ad bonum coniugum et ad prolem; quod autem connubium sit consortium totius vitae, id ipsum suam accipit determinationem sub ratione temporali ab indissolubilitate seu perpetuitate, sub ratione mutuae consuetudinis inter coniuges ab ordinatione ad eorumdem bonum, sub ratione denique intimae consuetudinis ab utraque simul ordinatione sive ad bonum coniugum sive ad bonum prolis" (coram Pompedda, diei 29 ianuarii 1985, RRDec., vol. LXXVII, p. 55 n. 6).

5. Si positivo voluntatis actu nubens excludit hoc essentiale elementum, nempe bonum coniugum, consensus invalidus devenit, ac propterea matrimonium ipsum (cf. coram Di Felice, diei 19 iunii 1984, RRDec., vol. LXXVI, p. 350, n. 5).

Actus positivus voluntatis vim irritantem habet non solum cum explicite sed etiam cum implicite expressus sit. Etenim in aestimanda simulatione, multum deferendum est modo sese gerendi simulantis ante et post nuptias; saepe saepius voluntas simulatoria in signorum manifestatione veluti implicis continetur.

Quoad actum expressum vel implicitum edocemur ab Eminentissimo Staffa: "Ceterum expressum et implicitum non sunt opposita inter se: expressa est voluntas quae signo aliquo manifestatur; manifestari autem potest sive explicite sive implicite: explicite, quando ex ipsis verbis directo et immediate apparet (quia nempe ex-plicata est, id est ex plico verborum bruta ostenditur); implicite, quando in verbis adhibitis absconditur (quia nempe in plico verborum continetur et occultatur), tamquam effectus in causa, conclusio in principio, pars in toto, species in genere (e. g. actus positivus voluntatis quo quis divertere intendit, explicite dirigitur contra Bonum Sacramenti, implicito contra bonum fidei; item probata impotentia, implicite probata est inconsu-matio matrimonii). Praeterea ambigi nequit positiva exclusione alicuius elemento essentialis, semper matrimonium irritum redi, ideoque etiam exclusione positiva et implicita. Tandem «etiam condicio tacita respiciens substantiam censetur adiecta obligationi, et impedit illius nativitatem, sicut expressa» (S. Rotae Romanae, Decisiones Recentiores, pars III, dec. DLVII, n. 4, Votum Auditoris Buratto),

item et actus positivus quo consensus matrimonialis ex integro vel ex parte excludatur, quamvis eius manifestatio necessaria sit ut probari valeat (cf. can. 1086, § 1º (D. Staffa, *De conditione contra matrimonii substantiam*, Romae 1955, ed. II, p. 19, n. 27; cf. coram Palestro, diei 18 maii 1988, RRDec., vol. LXXX, p. 298-299, n. 6).

6. Iuxta principia Iurisprudentiae Nostri Fori, ad probandum simulatum consensum requiruntur:

- confessio simulantis, non tais iudicialis quam extrajudicialis vel confessio testibus fide dignis tempore haud suspecto concredita;
- existentia gravis ac proportionatae causae limitationis consensus cum nemo agit sine congruo motivo;
- circumstantiae praecedentes, concomitantes et subsequentes, quae tales esse debent ut saltem possibilem seu credibiliorem reddant simulationem.

In simulationis causis obliviscenda non est quoque credibilitas tam partium quem testimoni.

Quoad simulationis probationem admonet una Abana: "Nec iurisprudentia omisit saepe animadvertere facta esse verbis eloquentiora seu maioris probationis vim inducere, dum tamen eadem facta sint plura, univoca seu non diversas interpretationibus obnoxia, eamdem conclusionem gignentia" (coram Serrano Ruiz, diei 7 maii 1999, RRDec., vol. XCI, p. 364, n. 5).

Incapacitas Adsumendi Obligationes Matrimonii Essentiales

7. Saepe saepius in processu concordatum est nullitatis caput ob incapacitatem adsumendi onera coniugalia cuius nostro tempore principia magis explicata sunt tam in doctrina quam in iurisprudentia.

Quoad incapacitatem de qua agitur sancit can. 1095: "Sunt incapaces matrimonii contrahendi... 3º qui ob causas naturae psychicae obligationes matrimonii essentiales assumere non valent".

Praeprimis animadvertere oportet quod adsunt sententiae quae pro matrimonii nullitate concludunt iuxta praefatum canonem ob futilem vel vagam ponderationem tabularum processualium et interpretantur fracturam vel minam co-niugii uti principalem causam incapacitatis; id quod minime acceptari potest.

8. Praeter incapacitatem discretionalem quae haberi potest si verificantur graves dysfunctions in processu aestimationis vel deliberationis ad consensum efformandum, tertia species incapacitatis constabiliatur cum nubens tradere nequeat obiectum consensum.

Nam in matrimonio contrahendo nubens capax esse debet praestandi comparti omnia quae in vita communi coniugum essentialiter exiguntur. Obligationes matrimonii essentiales sunt “quae respiciunt sive bonum coniugum et bonum prolis, bona ad quae ipsum consortium coniugale natura sua ordinatur, uti nos docet can. 1055: «Matrimoniale foedus, quo vir et mulier inter se totius vitae consortium constituunt, indeo sua naturali ad bonum coniugum atque prolis generationem et educationem ordinatum, a Christo Domino ad sacramenti dignitatem inter baptizatos evectum est». Respiciunt insuper illas proprietates matrimonii quae nuncupantur essentiales, unitatem nempe et indissolubilitatem, uti dixit can. 1056: «Essentiales matrimonii proprietates sunt unitas et indissolubilitas, quae in matrimonio christiano ratione sacramenti peculiarem obtinent firmitatem»” (coram Doran, diei 29 octoris 1992, RRDec., Vol. LXXXIV, pp. 511-512, n. 9).

9. Praefata incapacitas, iussu Legis, ut consensum irritum faciat, causam naturae psychicae semper habere oporteat. In decernendo minime sufficit ostendere exsistentiam aliquae psychicae deordinationis sed evidenter probandus est nexus inter deordinationem naturae psychicae et incapacitatem adsumendi obligationes matrimonii essentiales.

Inter causas naturae psychicae quae adimpletionem essentialium obligationum matrimonialium praepediunt, praeter psychoses, neuroses et psychopathias, adnumerari quoque potest gravis immaturitas psycho-affectiva.

In provincia exstant difficultates ad circumscribendam immaturitatem psycho-affectivam cum non confundenda sit cum immaturitate mera iuvenili vel exorta ex vitae inexperientia vel imperitia. Iuxta principia commune recepta criteria huiusmodi immaturitatis ita habentur: “a) incapacitas subordinandi passiones libidinesque rationi et voluntati vel superandi internos conflictus, propter anxietatem; b) genitorum talis necessitas ut matrimonium celebrans non coniugem querat sed matrem vel patrem, quin pervenire valeat ad integrationem et unionem in coniugali veta requisitam; c) egoismus huiusmodi ut, cum anos amat, seipsum revera quaerat, de propria utilitate tantummodo curans; d) irresponsabilitas pro assumendis et adimplendis officiis essentialibus matrimonio” (coram Pinto, sent. diei 30 iulii 1986, Massilien., A. 134/86, n. 6; cf. coram Huber, diei 5 martii 1999, RRDec., vol. XCI, p. 169, n. 1).

10. Probatio incapacitatis adsumendi onera coniugalia oritur ex depositionibus tam partium quam testium qui referunt facta et circumstantias praeterea postnuptiales. Haec elementa circumferre permittunt modum agendi in subiecto necnon eius deordinationem qua laborat tempore prolationis consensus.

In causis nullitatis matrimonii ob incapacitatem inultum iuvat relatio peritalis quae, post directam partis inspectionem, si casus ferat, attente ponderare debet omnia et singula facta praebita a tabulis processualibus.

Cum congruis principiis anthropologiae christiana Peritus praebere debet rectam diagnosim ad quam pervenit iuxta propriam artem, fontes huiusmodi deordinationis, eius gravitatem, tempus deflagrationis necnon eius influxum in facultates superiores necnon in relationes interpersonales.

Tamen relatio peritalis a Iudice recipienda non est sine attenta ponderatione vel inspectione rectitudinis ratiocinationis et conclusionum peritalium. Eodem modo verificandus est nexus cum factorum veriditate e quibus eaedem conclusiones pendent. Clara est distinctio inter scientificam aestimationem perturbationis et “iuridicam spectationem capacitatum psychicarum personae; sed, prima, seu scientifica opinio adiuvare debet alteram, quae exclusive ad competentiam Iudicis pertinet” (coram Alwan, diei 24 iunii 1999, RRDec., vol. XCI, p. 477, n. 11).

Iudex quoque in decernendo praeter peritales conclusiones attente cibrare debet cetera quoque causae adjuncta ad mentem can. 1579 § 1.

IN FACTO

11. Iudices secundae curae die 1 maii 1997 sententiam affirmativam tulerunt ob exclusum bonum coniugum ex parte viri conventi et inter decisionis conclusiones legimus: “*Pelos autos e provas comprovamos que o Demandado não estava disposto a assumir nada neste casamento, como de fato não assumiu, pois casou-se desempregado, mostrou-se agressivo e até rude, tudo fez para que o relacionamento se deteriorasse, não aceitando os conselhos de ninguém... Comportamento este que na pratica mostra que o Demandado não estava disposto a construir a união e muito menos a comunhão de vida, estava disposto sim, como havia planeado, a usufruir os benefícios que para ele, eram abundantes e convenientes*” (Summ. II, 80/37).

In suis primas animadversionibus Vinculi Tutor deputatus quaestionem ponit de partium credibilitate, cum vir conventus mulieris necnon testium depositionibus contradicit. Tamen, uti constat ex actis, mulier semper cohaerens videtur tam in primo quam in nostro gradu. Quinimmo, Rev. R., qui conventum perfecte cognovit ante nuptias et perdurante veta iugali, adfirmationes mulieris corroborat et confirmat. Qua de re Patres censem in casu mulierem atricem maiori credibilitate gaudere.

12. Quoad amatoriam consuetudinem actrix in suo primo vadimonio deponit antenuptialem periodum trium annorum sine interruptione fuisse usque ad nuptias et V. nuptias voluisse: “*O Demandado até tinha muita pressa para nos casarmos. Ele realmente queria se casar comigo*” (Summ. I, 42/7; cf. 43/12). No-

tandum est quoque familias partium decisionem bene acceptavisse et “*apoarem o casamento*” (*Summ.* I, 43/13).

Ante matrimonium mulier actrix asserit virum facta maximi momenti ipsi celavisse: “*Que era portador de sonambulismo, que teve disritmia quando era criança, que era portador de um descontrole emocional espontâneo*” (*Summ.* I, 43/16-17). Hae perturbationes concreditae sunt a conventi matre post matrimonio celebratione, ex colloquio cum actricis matre.

Tantum post nuptias mulier actrix certa facta fuit de radicali viri mutatione in modo sese gerendi: “*Tenho a nítida sensação de que antes do casamento ele fazia tudo para me agregar e após o casamento sentido-se seguro de que eu já era a esposa dele então começou a mostrar o seu verdadeiro lado de pessoa agressiva e des temperada emocionalmente... Embora desempregado. O Demandado desdenhava de todos os empregos que eu com amigos conseguíamos para ele. Ele não parava em nenhum emprego. Preferia leva uma vida de ‘bon vivant’. O Demandado demonstrava claramente com todas essas atitudes não ter a mínima capacidade para viver o sacramento do matrimonio*” (*Summ.* I, 43/16-17).

Re vera, uti recto adnotavit vinculi Defensor deputatus (cf. *Animad.* 9/9), consuetudo amatoria tres annos perduravit et nihil gravis detexit in virá convento personalitate.

Hoc in gradu actrix denuo confirmat perturbationem in convento ab initio matrimonii et rationes fert de modo viri agendi in interpersonali relatione praebens “*um constante agir agressivo e desequilibrado, manifestando-se desconforme com tudo o que possa acontecer*” (*Summ. Alt.* 12/02). Iam in primo gradu mulier qualificavit viri perturbationem prout: “*um descontrole emocional espontâneo, não sabia lidar com situações de um modo maduro*”. Perdurante veta iugali vir conventus laborem denegat et cum possibilitates habet fungendi laboro “*o Demandado advertia que não iria permanecer por muito tempo naquele serviço*” (*Summ. Alt.* 13/03), et nihil fecit ad vitam iugalem necnon materialem sustinendam. Certo certius mulier actrix tam in libello quam in depositionibus multum fert de viri incapacitate ad stabiliendum bonum coniugum; alia ex parte eadem ample patefacit virum putavisse uxorem utilem esse solummodo ad captanda egoistica beneficia materialia excludens, uti recte scripsit Patronus partis actricis, “*sive paritatem inter se et uxorem, sive consortium totius vitae vere co niugalem*” (*Restrictus*, 11/9).

13. Sua ex parte vir conventus, fassus est se nullam intentionem matrimonio contrariam in mente habuisse. Ipse anima contentionem admittit ob praecognitionem laboris et ob praesentiam socrus in coniugali domicílio. De re V. rationes afferit: “*Logo depois do casamento eu fiquei desempregado e isso me deixou preocupado e um pouco nervoso. E natural que um homem casado e vivendo com a esposa e a sogra ficasse nervoso como eu fiquei. Corria muito atrás de um novo*

emprego, mas encontrava dificuldades” (*Summ. I, 56/9-10*). Denuo pergit conventus in eodem vadimonio: “*O fato de eu ter me casado e ido morar com minha sogra foi também um problema sério. Eu não tinha privacidade para viver com minha esposa... em outras situações por ser a minha sogra a verdadeira dona da casa, eu tinha que me submeter às suas decisões*” (*Summ. I, 57/15-16*).

Usque ad minem depositionis conventus rationes adductas minime mutat et confirmat amorem erga mulierem: “*Gostaria de deixar claro que sempre a amei e amo a Demandante. Nunca intendi até hoje porque os separamos. Não fui eu que tomei a decisão de sair de casa... Quatro dias antes de nossa separação tínhamos tido relações sexuais*” (*Summ. I, 57/19*). Tamen acta patefaciunt virum conventum nihil fecisse ad superandas difficultates tam in munere quam in vita iugali.

14. Depositio sacerdotis R., qui bene cognovit V. tam in universitate quam tempore sponsalium, et qui etiam nuptiis benedixit, in luce pandit viri modum sese gerendi; ex eius depositione emergunt elementa quae graviter militant pro incapacitate ad mentem can. 1095 n. 3. Nam testis viri personalitatem his in verbis depingit: “*Me parecia uma pessoa bastante ingénua, sem malícia. Não se tratava propriamente de problema mental mas de uma certa imaturidade para a idade que ele já tinha*” (*Summ. I, 50/7*). Firmis cum argumentis sacerdos aestimat quod V. “*psicologicamente, sexualmente, emocionalmente e afetivamente demonstrava ser uma pessoa indolente e indiferente para a vida matrimonial*” (*Summ. I, 51/14*).

Cum partes in grave discrimen devenerunt, sacerdos colloquium cum coniugibus habuit et pessimum rerum statum describit: “*O Demandado não parava em emprego nenhum. Pouco tempo depois de estar numa firma era logo mandado embora. E o pior é que não tinha consciência clara de que devia mudar o seu comportamento em relação a isso. Pois ele agora era um chefe de família. Queeria levar uma vida de estudante, sem as responsabilidades de chefe de família. Morava com a sogra e ambas (esposa e sogra) é quem mantinha*” (*Summ. I, 51/14*). Testis quoque suam depositionem ita concludit: “*Não creio que o Demandado estivesse realmente preparado para o matrimônio*” (*Summ. I, 51/17*). In alia vadimonio sacerdos easdem rationes feri de viri modo sese gerendi et aestimat coniugii fracturam evenisse “*pela falta de vontade ou talvez de adaptação à vida conjugal por parte dele*”, e igualmente agrega: “*Não assumiu o fato de ter que ser o provedor da própria família*” (*Summ. Alt. 17/01*).

Etsi testis psychologus non sit, iam ante nuptias, cum conventus fuisse alumnus in universitate, detexit in eo problemata ordinis psychopathologici (cf. *ibid. 1 8/02*). Ad quaestionem super viri voluntate constituendi viram familiam vel de alia viri intentione simulatoria, testis aestimat difficile respondere quaestioni quia “*os limites entre uma e outra, são muito difusos*”, pero el testigo está seguro que el convenido “*em momento algum do seu matrimônio, mostrou in-*

teresse em construir um consorcio ou comunhão de vida com a Demandante” (Summ. Alt. 18/03).

In eodem vadimonio Rev. R. ex una parte deponit virum conventum incapacem fuisse adsumendi onera coniugalia firmis cum exemplis et alia ex parte confirmat simulatorum propositum ex parte virá qui nunc more uxorio unionem statuit “*com uma mulher visivelmente mais velha do que ela*”; qua de re testis censem: “*O que me parece confirmar que ele não pretendia ter uma esposa, mas alguém que o sustentasse, come vinha fazendo a mãe dele*” (Summ. Alt. 18/04). Obliviscendum non est quod idem testis numquam detexit culpam fracturae coniugii ex parte mulieris quae in vita iugali sese demonstravit “*paciente, meiga e com desejo de constituir uma verdadeira família*” (*ibid.* 18/04).

15. Actricis mater deponit conventum ante matrimonium ostendisse “*um comportamento muito nervoso com tudo*” (Summ. I, 62/9). Eodem modo testis elenchat difficultaes in modo viri sese gerendi uti coniugem: “*O Demandado não queria nada com trabalho. Preferia ficar em casa a ganhar pouco. Vivia às custas da demandada e também contando com minha ajuda. Não tinha consciência de que como um homem casado devia assumir as responsabilidades da manutenção de um lar*” (Summ. I, 63/14).

Alii testes nihil aliud dicunt et confirmant difficultates inter partes in decursu vitae iugalis ob viri indolem (cf. Summ. I, 68/14-15; 72/12; 77/14). Testis T2 recepit a fratribus notitiam immaturitatis ex parte viri: “*Meus irmãos comentavam que achavam a Demandado um pouco boba. Imaturo em relação a Demandante*” (Summ. I, 72/8).

Ultima testis, conventi matertera, pausa referre potest super matrimonii circumstantiis quas reapse ignorat. De persona vel viri indole eadem tantum deponit: “*O Demandado não tem vícios, é pessoa honesta, correta, muito afetivo*” (Summ. I, 83/17).

16. Iudices secundi gradus vim probandi tribuunt documento adligato, sub titulo “*Transcrição de conversa telefónica*” diei 12 septembbris 1994. Agitur de colloquio inter actricem et conventum quoad dolum. Super documento Patronus partis actricis concludit: ““Ut videbimus, hoc ex documento ob pertinaciter viri intentionem defraudandi, multa evincuntur quae pro thesi actricis militant, haud postrema implicita confessio extrajudicialis” (Restrictus, 14/11).

17. Hoc in gradu, sub iusu Ponentis, relatio peritalis confecta est a Prof. Roberto Picardi. Re vera Peritus colloquia cum partibus non habuit nec visitavit conventum, tamen Peritus acta attente perpendit. Plurimme, ponderans relationem amatoriam, Peritus aestimat virum conventum personam sibi accommodavisce perdurante tempore frequentationis, tamen iam hoc in tempore idem notavit in convento signa emotivitatis, insecuritatis necnon aggressivitatis. De re asserit Peritus: “*Peraltro, a causa del mascheramento operato dal convenuto, per nascondere i suoi problemi clinici, il suddetto periodo è stato ampiamente insuffi-*

ciente per il loro reciproco processo di maturazione affettiva” (Add. Summ. p. 9). Quoad vitam iugalem, uti constat ex actis, Peritus censet eam fuisse dominatam a viri irresponsabilitate tam in affectiva provincia quam in munere assumendo “in relazione ai doverosi impegni familiari” (ibid.).

Peritus quoque concludit virum conventum matrimonium inisse “quasi come se si fosse lanciato in una avventura per possedere una donna senza doversi sentire umiliato e elemosinarla. Questo aspetto del problema può, forse, far comprendere il comportamento del giovane, gentile, cavalleresco, come descritto in Atti, messo in scena prima del matrimonio. Questo comportamento di tipo narcisistico, subito dopo la cosiddetta conquista è svanito come doveva, essendo una sovrastruttura quasi a tipo maschera o corazza ad apparente difesa della sua immaturità” (Add. Summ. p. 12). Qua de re Peritus aestimat exstisset in viro convento signo gravis immaturitatis psycho-affectivae. Denuo in sede ratihabitionis peritia, Prof. Picardi praecedentem diagnosim confirmat de gravi immaturitate psycho-affectiva quae certum influxum habuit “in modo determinante sulla irresponsabilità del comportamento” (Add. Summ. 18/1). Attenta huiusmodi perturbatione, gravis immaturitas integrationem in relationibus interpersonalibus minime permittit (cf. Add. Summ. 18/2).

18. Deligens vinculi Tutor deputatus minuit argumenta a Perito allata et aestimat relationem peritalem minime consideravisse “spiritum oppositionis aduersus conventum in actrice” (Animad. 1 1/3). Idem rationem fere de modo Perita acendi in peritiae confectione: “Peritus omnino acritice depositiones adsumpsit et non solum sed etiam minime considerat contradictiones in actis et delicatissimam quaestionem de credibilitate, necnon de obiectiva causa quoad modum sese gerendi convento in veta matrimoniali” (ibid.). Tamen, uti iam vidimus, mulier actrix plena credibilitate gaudet; adsunt etiam facto ex actis desumpta quae aliam interpretationem minime suscipiunt. Qua de re Patres aestimant relationem peritalem cum documentis processualibus recto congruere, tam quoad diagnosim super gravi immaturitate psycho-affectiva qua conventus laborabat, quam de influxu huiusmodi perturbationis in relationes interpersonales. Uti constat non agitur in casu de viri negligentia, nec de difficultatibus quae perturbare possunt normalem vitam iugalem, agitur enim de vera incapacitate in viro convento. Vinculi Defensor deputatus sese interrogat quoque super causa fracturae coniugii: “estne incapacitas viri adsumendi onera coniugalia vel absentia tantum bonae voluntatis ipsius” (Animad. 12/11). Clarum est in casu viri irresponsabilitatem provocavisse ruinam matrimonii, minime imperium socrus in veta coniugali, iuxta viri asseveraciones.

Quoad connexionem inter capita simulationis et incapacitatis idem asserit: “Actus positivus voluntatis valde distat ab incapacitate et immo eidem opponitur. In primo coniux vult excludere bonum coniugum vel matrimonium ipsum... in altero etsi coniux vult matrimonium instituere, reapse non potest” (Animad. 7/8).

Re vera caput gravis defectus discretionis iudicii sese opponit capiti simulationis. Attamen, uti Iurisprudentia Nostra clare admittit, exclusio boni coniugum stare potest cum incapacitatis adsumendi onera coniugalia. In casu simulationis, magnum pondus habent personalitas nubentes necnon perturbationes quae fontes habent in deordinatata structura personalitatis sub influxu graves immaturitatis psychoaffectivae.

19. Certo certius in casu est una ex causas in quibus limen quasi invisibile instauratur inter incapacitatem et simulationem, potius factis quam verbis expressam.

Reapse Appellati Iudices modo aliquid permixto et confuso capita simulationis pertractarunt sed revera eorum ratiocinium potius in caput incapacitatis ex parte viri conventi praesertim adsumendi onus boni coniugum vergit. Fuit enim in eorum mente de radicali inhabilitate viri ad relationem paritariam in idonea vitae communione exstruendam .

Minus recte igitur locuti sunt de simulatione totali; vel si velis, vir convenitus revera simulavit in consensus traditione totam suam veram personalitatem et consequenter non elegit comparitem, seipsum potius quaerendo.

Etsi enim raro accidit, in praesenti causa consentiri possumus de nullo co*n*iugio ob iuxtapositionem (nempe unius super altera) duarum nullitatis provinciarum scilicet incapacitatis et simulationis.

Uni enim onera essentiali, nempe bono coniugum, conventus, omnium aliorum trium bonorum, scilicet sacramento, fidei et prolis capax, exstitit impar adsumendo. Praesens igitur casus offert optimam confirmationem doctrinae et iurisprudentiae sive in linea illorum qui bonum coniugum uti quartum bonum existimant, et ideo uti proprietatem essentiale, sive illorum qui illud in linea can. 1101 § 2 uti elementum essentiale indicant. Et illud sive quoad incapacitatis sphaeram sive quoad simulationem.

In actas ad abundantiam probantur sequentia:

- Vir conventus omni habilitate caruit interpersonalem relationem iugalem instaurandi, menuis diceremus illam relationem inane intellexit uti simulacrum (age verbum hoc proxime accedit ad illud simulationis), as instar suipsius exstructum, quapropter facultate oblativa caruit qua deficiente nullius haberi potest veri nominis sacramentale matrimonium.
- Conventus bonum prolis implicite (ne obliviscamur oportet hoc in sensu sumendum esse in casu vocem simulationis partialis) non valuit assumere nec sustinere, considerato quod ex dictis ab actrice ipsam copulam ad sui lubitum continuo effecit.
- Itaque intelligimus curnam matrimonium ipsum efficere non valuit conventus, cum ad aras accesserit sicuti ad comoediam parentum auxilio, qui omnes simularunt cum viro rerum statum;

– Radicalis incapacitas ad ipsum sacramentum matrimoniale re intelligendum atque efficiendum confirmatur invicto a falsa evolutione sponsalium quibus durantibus siluit ipse vir cum actrice, praecise realem statum suam personae, non magos quoad phimosim vero quoad fugam ab ipso coniugali intercursu sive in provincia sexuali sive in psychologica acceptatione compartis uti necessarii substituti figurae matris suaee .

Qua de re, rebus sic stantibus nemo est qui negare audeat virum conventum incapacem exstare absoluto et non tantum relative ad mulierem actricem, erga co-niugale foedus efficiendum et alia ex parte bonum coniugum exclusisse. Ideoque Patres de Turno retinent posse in casu recognosci substantialem cohaerentiam capitula nullitatis, ita ut mulier opere iustitiae Ecclesiae frui mereatur

20. Quibus omnibus tam in iure quam in facto rito expositis et mature per-pensis, Nos infrascripti Praelati Auditores de Turno, pro Tribunalis sedentes et solum Deum pree oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declara-mus ac definitivo pronuntiamus dubio proposito respondentes:

**AFFIRMATIVE SEU CONSTARE DE MATRIMONII NULLITATE, IN CASU,
DUMTAXAT OB EXCLUSUM BONUM CONIUGUM EX PARTE VIRI
CONVENTI; VETITO EIDEM VIRO TRANSITU AD ALIAS NUPTIAS
INCONSULTO ORDINARIO LOCI.**

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis et Tribunalium ministris, ad quos spectat, ut hanc nostram definitivam sententiam notificant om-nibus, quibus de jure, atque exsecutioni tradant ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Romanae Rotas Tribunalis, die 27 octobris 2006.

Mauritius MONIER, Ponens

Paus Vitus PINTO

Johannes G. ALWAN

Decretum diei 6 decembris 2007: Conformatatem sententiarum, in casu, adesse.

Ioannes Baptista DEFILIPPI, Ponens

Robertus M. SABLE

Aegidius TURNATURI